

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Viro Redderico Kochen/ Civi huius urbis primario  
Generi moestißimi paratas cupiunt Omnes omnium ordinum cives Academicos ...  
invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771570309>


Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

in R. Koch.

R. 1638.







PROGRAMMA

Quo

Rektor Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

Integerrimo & Honestissimo Viro

REDDERICO

ROGGEN/

Civi hujus urbis primario Generi  
molestissimi

paratas cupiunt

Omnes omnium ordinum cives Academicos


ad horam primam in templo Jacobaeo  
Studiose invitat.



R O S T O C H I I,

Linæis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



Uanto beneficio divinitus ornentur, qui per pietatem & virtutem, ad magnam ætatem perveniunt, Regius Iſraelitarum Pſalmes docet ac prædicat, cum Pſalm: 91. ex ipſius DEI ore canit. *Faxo virenti robore tranſigat, is nimirum, qui Deum rite & caſte colit, eiq; obſequelam præſtat, ſera ſenectæ tempora ſuaviter, meoſq; monſtrabo beare, qua ſoleam ratione amicos.* Eſi vero plurimi ſunt, qui non tam vivendo, quàm miſere, idq; ſua culpa, vivendo, deſeſſi mortem optant: tamen ſi quis ſciſcitetur ex iis, quid ſit, quod illis vitam præ alijs difficiliorem reddat, nihil aliud reſpondere habeant, quam fatendum quidem eſſe, quod ætas magna magnum DEI ſit beneficium: hæc autem tempora ejus magnitudinem imminere, & efficere, ut in ſupplicii potius, quam beneficij loco reputetur, quo qui deſungitur quam citiſſimè, cæteros felicitate antecellat. Hæc autem opinio ſoli ſenectuti attribuit, quod omni ætati commune eſt; deinde vivendi ignorantiam arguit, quæ & ipſa cum omni ætate conjuncta eſt: Si quis vero divina oracula conſulat, & bonam ſibi mentem ex iis formet, facile agnoſcit, nihil eſſe tam magnum aut tam parvum, quod providentiæ divinæ conſilio non regatur: Dein quicquid eveniat forti animo ferendum, nec magis fortunæ adverſitati, quam palma oneri, ſuccumbendum. Deniq; conſtanti

ANNO M DC XXXIII

stanti patientiæ præmium beatæ compensationis à Deo clementissimo esse propositum, in vita æterna, quæ multis, imo infinitis partibus hanc afflictionem superet. Quis ergo senecturem accuset, & infelicitatem seculi, quam nonnullos etiam gentiles provocasse legimus, ut Jupiter, si vellet, calamitatibus plueret, se ad excipiendum paratis: neq; enim ullum esse jucundius, vel ipso Deo dignius spectaculum, quam sit Senex, aut Vir sapiens, & Mala Fortuna. Quid enim est, quod Mala Fortuna, homini sapienti, id est, Christiano robore pectus bene præparatum habenti, possit eripere? opes, honores, propinquos, voluptates, & quæ sunt ejus generis alia. Atqui mens Christiana didicit, hæc Dei dona esse, quæ repetenti Domino sint reddenda sine tergiversatione, ac murmure: esse fortunæ dona, quæ animus benè informatus sua esse negat: usu deniq; non mancipio data, si cui data sunt, quibus ille facile, & æquo animo, ut parum necessarius, careat. Exilium vero, carcerem, & mortem ipsam, si perferre cogatur, quod æquo animo faciet, tamen clamabit, senectutem esse Dei beneficium, ista vero quæ molesta eveniunt, esse divina castigationem, quæ magis ex animo benigni patris, quàm severi judicis proficiscatur, ferendā potius, quam senectuti imputandam: Exemplum istius ætatis & virtutis habemus, in viro spectatæ pietatis, probitatis, & integritatis, Dn. REDDERICO KOCHÉ, cujus vitam, & obitum brevibus lineis exponemus, ac Dei beneficium ei collatum perpendemus.

*Natus est iste hac in urbe Anno 1552. ex parentibus piis & honestis. Pater ei fuit JACOB KOCHÉ Civis hac*

*12*

*in ur.*



525  
in urbe honestus, & primarius, Mater ILSEBE, Nobilissimi  
Viri HENRICI von Schönberg/ hereditarij quondam  
in Schönberg & Westendorff filia. Avus HENRICH  
KOCHER, idem civis hujus urbis primarius. Avia ANNA  
Luschowen/ ex vetusta LUSCHOVIORUM familia. Ex his  
parentibus natus, per aquam, & Spiritum S. renatus hic RED-  
DERICUS piè & probè educatus est, ludo literario hujus civi-  
tatis commendatus, eouq; profecit, ut Latinam linguam in-  
telligeret, aliquè Latinè quoq; loquendi usum haberet. Cum v.  
adolescens animadverteret, benedictione divina hujus civita-  
tis negotia mediocriter florere, animum ad mercaturæ studiū  
appulit, idq; ut strenuè persequeretur, in Hollandiam, Daniam,  
& Norwegiam jussu, & missu parentum profectus est, ut ibi  
disceret, quæ deinceps ad sua sibi negotia tanto feliciter exer-  
cenda, & promovenda usui esse possent. Quo in studio cum  
aliquot annos degisset, domum reversus est, ut qua foris didi-  
cerat, domi exerceret. Quo fine, matrimonium legitime con-  
traxit, cum honestissima Virgine CATHARINA, Viri &  
civis honestissimi HENRICH Wollenboeckers/ filia, cum qua  
in isto conjugio feliciter vixit, & ad 40. annos, nec sine libe-  
ris, transegit. Quatuor enim suscepit ex ea liberos, ANNAM,  
REDDERICUM, ILSEBEN & CATHARINAM.  
Ex quibus sola CATHARINA etiam Dei gratia superstes,  
nupta prius fuit honesto civi CHRISTOPHORO BLAN-  
KEN, nunc vero in Amplis: & Prudentis: Viri Dn HIE-  
RONYMI Kossen/ Senatoris, & p. t. Judicis conjugio vivit,  
ceteri feliciter ex hac vita discesserunt. Genus vite, &  
mercaturæ studium, cui in exteris regionibus assueverat, hic  
in patria, singulari industria est persecutus, ita ut ab Illustrissi-  
mis Principibus Megapolitanis Dn. ULRICO, & post ali-  
quos annos Dn. CAROLO, Deniq; ULRICO secundo,  
Episcopo Sverinensi Duce Holsatiae electus & constitutus sit,  
qui

526  
qui rebus ad aulam necessariis emundis industriam ac fidem  
suam exerceret: Quod munus cum graviter, ac fideliter pro-  
curaret, promeruit non ipsorum Principum saltem gratiam ac  
favorem clementem, sed aulicorum quoque procerum benevo-  
lentiam, atque amicitiam. Quin etiam divina benedictionis  
non obscura signa exstiterunt, cum rei familiaris incrementa,  
neque tarda, neque parva animadverteret, tamen haud sine sem-  
peramento damnorum, quae ex periculis Hispanicae negotiatio-  
nis, & aliis persensit. Neque defuerunt calidi impostores, qui,  
ut proborum virorum insidiari opibus, & fraudibus occultis,  
mendacibus splendidis, minus cautos circumvenire solent, eosque  
damnis afficere, ita huic nostro non parum damnosi exstite-  
runt. Superfuit tamen ex Dei benedictione, unde & liberis  
primarias conditiones inveniret, ac dotes amplissimas confer-  
ret, unicuique vero, cum quo res, ac rationes contraheret, abun-  
de satisfacere posset. Caeteram vitam quod attinet, pietati, ac  
probitati deditam, ita transegit, ut linguas virulentas, calu-  
mniae ac laedorias minimè effugeret, quas tamen morum ho-  
nestate, & conscientia illaesa integritate refutavit, ut amulis  
ac adversariis praeter oculorum agritudinem, & cordolia pa-  
rum concederet. Civem patriae dilectissima praestitit bonum,  
& fidelem, superiori ordini obsequentem, in consiliis moderat-  
um, in actionibus officiosum: quibus virtutibus effecit, ut an-  
te annos 50. in honestissimum ordinem centum virorum rece-  
pit, ante annos vero 37. praefectura, & curatura adis S. Ja-  
cobae ornatus, an oneratus sit: quae officia, cum non nisi bene-  
spectatis civibus committi soleant, ea fide, sedulitate, ac indu-  
stria ipse administravit pro virili, ut laudem apud omnes, non  
sine occulto amulorum dolore, inveniret. Ad praefectorum  
aedilium curam non parum pertinet sarta recta adium sedu-  
lo, & prudenter inspicere, vitia vel ex vetustate, vel tempe-  
state contracta corrigere, & ad statum integrum reducere.  
Id ille adeo sollicitè egit, ac circumspectè, ut turrim, ac

529  
subiectum templum, vasta edificia, non minus curaverit, quã  
suam ipsius domum, ita, ut opus ipsam curatoris diligentiam  
nunc quoq; facile probet, ac pradicet. Hæc ipsa ejus fides  
& in commendatis functionibus officiosa diligentia, concilia-  
vit ei plus etiam honoris, atq; oneris, cum in contractiorem nu-  
merum sedecim virorum allegeretur, imo inter octo viros  
quoq; referretur, quibus pradia suburbana committuntur cu-  
randa. Ita ad omnes fere gradus honorum civilium perve-  
nit, eorumq; munera fideliter, sedulo, circumspectè, & inte-  
grè administravit, laudem, favorem, & honorem sibi pa-  
ravit, præcipuè apud magistratum, cui in precio non vulgari  
fuit, & constanter permansit, non sine elogio Boni Viri, Boni  
civis, qui jure merito de se dicere potuerit, quod quidã dixit:


Feci quod potui, potui quod CHRISTE dedisti,  
Improba fac melius, si potes, Invidia.

Hæc civilis vita faciei respondit vita quoq; Christiana:  
Verbi divini amorem præ se tulit minime vulgarem, cumq;  
testatus est frequenti in sacris concionibus præsentia, & sa-  
cramenti usu sæpè repetito, Eleemosynas liberaliter in pau-  
peres erogavit, precibus publicis assiduè interfuit, easq; domi  
repetivit, aliasq; partes hominis Christiani obivit, quãdiu qui-  
dem officium suum pedes ætate defessi facere potuerunt; quod  
cum non possent amplius, jam toto anno, & quod excurrit,  
quem in lecto agere coactus est, domi diligenter egit, que fo-  
ris consueverat. Quo tempore gener ejus Vir Amplius. Dn.  
HIERONYMUS ROß | una cum uxore dilectissima, de-  
cumbentis filia: Neptis itidem ex Dn. STÉPHANO  
ROßgouw p. m. & ANNA Rothen | parentibus jam præ-  
dem defunctis, relicta CATHARINA cum suo marito  
Dn. ZACHARIA Blanden | qui turbatis, & infestatis  
agris in urbem ad socerum confugere, & receptum quarere  
cogi-


528  
cogitur, omne suum studium, fidem, auxilium, operam, paratissima ei & verbis commodis obtulerunt, & re ipsa benigne, ut filias & generos decebat, officiosè contulerunt: ipse vero grato animo collata accepit, ac temporum infelicitatem, suam vero ætatem respiciens, cælum pio corde præcipiens, cum senè illo Simeone dissolvi cupiit, & ex hoc seculo ad Christam migrare. Cui iuineri feliciter expediendo, ut se accingeret, viatico Sacramentali accepto, DEUM rogavit ut sibi sua debita remitteret, quemadmodum suis ipse debitoribus remittat, deinde ad preces confugit, & gratiosam ex hac vita dimissionem rogavit, præunte Reverendo Virò Dn. M. CHRISTIANO MICHAELE, & impetravit, cum die 17. hujus Februarij (is Sabbathi dies erat) ante meridiem, inter nonam, ac decimam, instar lucernæ, humido nutrimento destituta, exstinctus, non tam moreretur, quam vivere desineret, anno ætatis octuagesimo septimo, plenus fidei in Christum, spei futuræ vitæ, & caritatis nunquam desituræ.

Quæ cum ita sint, parum nè liquet, verum esse, vel hoc exemplo, quod magno beneficio divinitus ornentur, qui per pietatem & virtutem, hoc etiam tempore, ad magnam ætatem perveniunt: præfertim cum huic nostro seni, præter cæteros in vita civili gestos honores, post mortem quoq; contigerit, ut haud sciat, an ullum annis, & ætate majorem hac in urbe post se relinquat. Quid ergo relictæ Generi, quid filia, & neptis, magnopere hujus Soceri, Patris, & avi excessum doleant? Non est querelæ ac dolori locus: Mortuus est; Homo enim erat: Immaturè non est mortuus, quia prope Nonagenarius: Feliciter est mortuus, quia parùm in hoc mundo vidit, quod ad vivendum invitare posset, calamitatum vero abundè

539  
bundē: Beate mortuus est, quia in Domino mortuus  
est. Si tamen aliquid humani patiantur, ut huma-  
nam est in obitu parentum, & propinquorum, quos  
præcipua quadam caritate complexi sumus, dolere,  
huic dolori, quantum in nobis est; medeamur. Funus  
paratum est ad horam 1. ducendum. Ei ducendo,  
quantum possumus ac debemus frequentes in æde S.  
Jacobi conveniamus, ac Deum, pro hac Provincia,  
Academia, civitate rogemus, ut illam à bellicis cala-  
mitaribus liberare, has vero ceteras ab imminenti-  
bus periculis incolumes præstare, & servatas ex iis,  
patria cura porro tueri ac defendere velit: Qui-  
nim pravis æmulationibus, turbis, diffidiis, virulen-  
tæ, maledicæ, calumniosæ, mendacis linguæ venenis,  
pacem utriusq; Reip. tollere cum non possint, sal-  
tem labefactare satagunt, eos, iudicium suum ut por-  
tent, S. Scripturæ formula, Deo & Magistratui com-  
mendamus. Hoc ergo agamus, & mortalitatem no-  
stram una opera cogitemus. P. P. Rostochii die  
21. Feb. 1638. sub sigillo Rectoratus.







GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.





qui rebus ad aulam necessariis emundis  
suam exercebat: Quod munus cum gra-  
suraret, promeruit non ipsorum Principum  
favorem clementem, sed aulicorum quoque  
lenciam, atque amicitiam. Quin etiam ad  
non obscura signa exstiterunt, cum rei fam-  
neg, tarda, neque parva animadverteret, ta-  
peramento damnorum, qua ex periculis Hi-  
nis, & aliis persensit. Neque defuerunt cali-  
ut proborum virorum insidari opibus, &  
mendacis splendidis, minus cautos circum-  
damnis afficere, ita huic nostro non parum  
runt. Superfuit tamen ex Dei benedictio-  
primarias condiciones inveniret, ac dotes  
ret, unicuique vero, cum quo res, ac rationes  
de satisfacere posset. Cateram vitam quoad  
probitati deditam, ita transegit, ut lingua  
mnias ac laudorias minimè effugeret, quas  
nestate, & conscientia illa se integritate r-  
ac adversariis prater oculorum agritudine  
rum concederet. Civem patriae dilectissim-  
& fidelem, superiori ordini obsequentem,  
tum, in actionibus officiosum: quibus viri-  
te annos 50. in honestissimum ordinem cen-  
ptus, ante annos vero 37. praefectura, & ca-  
cobae ornatus, an oneratus sit: qua officia  
spectatis civibus committi soleant, ea fide,  
stria ipse administravit pro virili, ut laud-  
sine occulto amulorum dolore, inveniret.  
adilium curam non parum pertinet sari-  
lo, & prudenter inspicere, vitia vel ex ve-  
state contracta corrigere, & ad statum  
Id ille adeo sollicitè egit, ac circumspici-

13



Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. 001

Patch Reference numbers on UTT